



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 13322648**

§. 79. Carolus Bichius Cardinalis mortuus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](#)

Sæc. XVII. volveretur, ubi Bandinus pro Gallis  
 A.C. 1718. suffragium tulit. Nihilominus mortuo  
 Innocentio XII. rursus plurimum Cardi-  
 narium vota in ejus electionem con-  
 spirabant, electo autem Clemente XI.  
 plurimi habitus Officium Secretarii Sta-  
 tus acceptare rogabatur, reculata au-  
 tem hac dignitate Præfecturam sacræ  
 Congregationis Concilii obtinuit, aliis-  
 que pluribus Congregationibus adscri-  
 ptus, ubique Viri in rebus Politicis  
 versatissimi, & in forensibus causis Ju-  
 dicis integerrimi partes adimplevit,  
 tandem viribus & senio fractus Romæ  
 die vigesima prima Aprilis annos na-  
 tus octoginta novem decepsit, non sine  
 maximo luctu pauperum, quorum li-  
 beralis Pater exstiterat.

## §. LXXIX.

*Carolus Bichius Cardinalis  
 mortuus.*

*Guarnac.*  
*I. c. p. 355.*

Alter erat Carolus Bichius patria Se-  
 nensis, qui cura Patrui Alexandri  
 Bichii Cardinalis Romam delatus, ibi-  
 dem Philosophiæ, Theologiæ, ac Ju-  
 risprudentiæ operam navavit, & pin-  
 quissimam Abbatiam Montis Majoris  
 in Francia obtinuit. Cum autem Co-  
 mes Lavardinus Ludovici XIV. Fran-  
 ciæ Regis Orator eidem præcipiteret,

ut

ut ante ejus Palatii fores Gallica stem- Sæc. XVIII.  
mata affigeret, maluit suam Abbatiam A. C. 1718.  
dimittere, quam Pontificem id prohi-  
bentem offendere: A Clemente IX.  
Cameræ Clericus, & ab Innocentio XI.  
Auditor Generalis renuntiatus, ab Ale-  
jandro VIII. Cardinalibus Diaconis ad-  
scriptus est: Clemens quoque undeci-  
mus Bichium magni habuit, eumque  
variis Congregationibus accensuit, ar-  
duisque in negotiis ejus consilium non  
raro ceteris prætulit. Tandem vero  
octogenarius die septima Novembri  
Romæ supremam clausit diem.

§. LXXX.

*Diversæ summi Pontificis Constitu-  
tiones, decreta, & variū argu-  
menti epistolæ.*

Occurrentibus variis, magnique mo- Epist.  
menti negotiis summus Pontifex Clem. XI.  
opem, consilium, ac monita, prout pag. 2283.  
temporum, rerumque necessitas exi-  
gere videbatur, adhibere, paterna sol-  
licitudine adlaborabat: cum ergo  
anno priori Josephus Nicenus Archi-  
episcopus, & Apostolicus apud Hel-  
vetios Nuntius significasset, quod Leo-  
poldus Lotharingiæ Dux Constitutioni:  
*Unigenitus* obedientiam sua in ditione  
deferri curarit, & renitentium proter-  
Ddd 5 viam